



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

71. Universis, & singulis &c. Monitorium die 7. Maii 1719. expeditum
contra avocatum Victorium Amadeum Trona assertum temporalis
Jurisdictionis Abbatiaë S. Benigni, Notarium Vicentium Ferretum, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

& in aliis nostris Monitoriis literis contemporaneè expeditis expressa leguntur, alia quoque ab eisdem, ceterisque nominandis perpetrata fuerunt. Accessit enim die 2. Junii anni 1718. ad locum Felecti jurisdictionis vacantis Abbatiae S. Benigni Antonius Bontempo assertus Fiscalis Curiae Abbatialis, qui utens usurpatâ auctoritate improbè sibi collatâ per Taurinensem Potestatem pluribus armatis Hominibus eum comitantibus, nempe Dominico Ruffina, Georgio ejus filio, & Ignatio Bontempo Justitiæ Executoribus, nonnullisque Militibus infecutus fuit Joannem Avenatum præsentem delinquentem, in quem eò tunc fugientem iidem Birruarii, & Milites plures archibusitas exploderunt, ipsique lethalibus vulneribus lauciarunt, qui tamen sic vulneratus ad Ecclesiam Parochialem confugit. Verùm præfatus assertus Fiscalis Antonius Bontempo dedit in mandatis eisdem Justitiæ Executoribus, ac Militibus nondum notis ut januas dictæ Ecclesiæ obsiderent, prout illicò Homines præfati januas illius Ecclesiæ, ne cuiquam in eam ingressus, vel egressus ab ea peteret, sub cautâ custodiâ tenuerunt usque ad sequentem diem tertiam dicti mensis Junii, qua dictus Joannes Avenatus omni humano auxilio destitutus causâ receptorum vulnerum ex hac vitâ in eodem immuni loco decessit: Eandemque custodiâ usque ad aliam sequentem diem continuarunt in maximam injuriam, & contemptum Ecclesiasticæ Immunitatis, rebisque aliis; prout ex Processu desuper constructo, ad quem &c. singula singulis &c. super quibus &c. Quamobrem ad Instantiam, & pro parte dicti Illustrissimi Domini Joannis Caroli Piancastelli Commissarii Generalis fuimus instanter, & debitè requisiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, & monitoriales literas extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparandum decernere, & concedere dignemur. Nos igitur Carolus Collicola Pro-Theaurarius, & Judex Delegatus sedulo spectantes eam execrabilem læsionem Ecclesiasticæ Immunitatis, per excubias militares ante fores Ecclesiæ, ut præmittitur commissam, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi Nobis factam fore, & esse justam ac rationi consonam, cumque justa petenti non sit denegandus assensus, prædictas literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentem mandamus. Quocirca committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium, quatenus visis iisdem præsentibus &c. supradictos Antonium Bontempo assertum Fiscalem Curie Abbatialis, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Ignatium Bontempo Justitiæ Executores citetis, moneatis, & requiratis ac moneati, citati, & requiri faciat, prout nos eosdem, & eorum quemlibet harum serie citamus, moneamus, & requirimus, quatenus infra sexaginta dierum spatium ab executione præsentium computandum, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas contra prædicta, & similia committentes in sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse declarare, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias, & op-

portunas, decerni, & relaxari, deque eorum Innocentiâ, si quæ sit, legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse. Certificantes eosdem Antonium Bontempo, aliosque prædictos sic citatos, & monitos, quòd si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus ad ulteriora ad declarationem scilicet incursum penarum prædictarum usque ad sententiam, illiusque executionem inclusivè, prout juris fuerit, per Contradictas, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumaciâ, vel absentia, aliisque quibuscumque non obstantibus. Et cum, ut notorium est, non sit tutus accessus ad effectum personaliter citandi omnes, & singulos in præfati Monitorio nominatos: Proinde volumus, quòd præfens Monitorium contra omnes in eo expresso expeditum, ac executum mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano, & Magnæ Curie Innocentianæ, nec non ad valvas supradictæ Parochialis Ecclesiæ loci Felecti, ita eosdem monitos, & eorum singulos arctet, & adstringat perinde, ac si personaliter, & magis legitime executum foret. Contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentiana Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo nono, Indictione duodecima, die verò decima septima mensis Maii. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno decimo nono.

Carolus Collicola Pro-Theaurarius, Collector Gen., & Judex Delegatus.

Antonius Cajetanus Frosius R. C. A. Sec.

Die, Mense, & Anno, quibus supra; supradicta litera Monitoriales affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curie Innocentianæ, ac aliis locis consuevis Urbis per me Franciscum Baldum Apostolicum Cursorem.

Joannes Triphellius Magister Curf.

MONITORIUM

Die 17. Maii 1719. expeditum contra Advocatum Victorium Amadeum Trona assertum Judicem temporalis jurisdictionis Abbatiae S. Benigni, Notarium Vincentium Ferretum, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Andream Fresa Birruarios, N. Fratrem d. Advocati Trona, N. Officalem Militum, Notarium Franciscum Antonium Josephum Umberto, & assertum Fiscalem Antonium Bontempo ob læsam Ecclesiasticam Immunitatem, & turbatam jurisdictionem locorum ejusdem Abbatiae ad S. Sedem Apostolicam, Summumque Romanum Pontificem pertinentem.

Carolus Collicola Prothonotarius Apostolicus Sanctiss. Domini Nostri Papa, & ejus Reverenda Camera Apostolica Pro-Theaurarius Generalis, quorumcumque Spaliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Papa Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Theaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quàm Collegiarum

Rec-

Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illicque, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c. Noveritis fuisse nuper cor. Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Joannis Caroli Piancastelli Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod exul à Ditione Serenissimi Sabaudia Ducis, & Principis Pedemontis morabatur in loco Felecti jurisdictionis Temporalis Abbatia Sancti Benigni ad Apostolicam Sedem pertinen. D. Comes Joannes Baptista Valperga de loco Corguati Taurinensis Diocesis, qui, etsi tutus, ut justè putabat, moram ibidem traheret extra jurisdictionem, & Territorium sui originarii Principis, contrarium nihilominus expertus fuit, quia laicalis Potestas Taurinensis in usurpatione jurisdictionis, & jurium Sanctæ Sedis in locis d. Abbatia Sancti Benigni per alias monitorias literas exposita perseverans, misit Ministros, & Officiales Curia, militetque armatos ad præfatum locum Felecti, ut dictum Comitem Valperga, ac si in vetito loco velut exul verfaretur, illicò mancipassent, & in carcerem conjecissent. Id promptæ executioni dare satagerunt laici Administrati, sed quod gravius est, ac dolentius exposuit d. D. Commissarius Generalis, ed devenerunt, ut in ipsam Dei Domum, Ecclesiam scilicet Parochialem Felecti armata manu Hostium more irruptentes vim pluribus inculerint, pluresque jurisdictionales actus Ecclesiasticæ Immunitatis læsivos inibi exercuerint. Etenim die decimæ mensis Septembris Anni proximè præteriti ad eum præmissum finem se contulit ad locum Felecti Advocatus Victorius Amedeus Trona intrusus Judex Temporalis dictæ Abbatia, qui nondum à sua perversa ratione desistens, nec ab hujusmodi attentatis desistens, propter quæ publicè denunciatus excommunicationis Sententiam, in quam incidisse declaravimus, adhuc indurato corde substat, hæc sacrilegè cum prænominitis in crimine Sociis attentavit contra Ecclesiasticam Immunitatem. Confugerat enim dictus Comes Valperga in præfatam Ecclesiam Parochialem, & armatis Hominibus in eum irruentibus, se receperat in Sacarium, cujus ostium claudere curaverat. Vim autem armata manu inferentibus Notario Vincentio Ferreto, Dominico Ruffina, & Andrea Fresia Birruariis, eodemque Advocato Trona, ejusque fratre, ac Officiali Militum non potuit dictus Comes illorum impetum substinere. Sic itaque per vim ostio Sacarii aperto, d. Trona ingressum in illud habuit, & illicò extra Immunitatem locum violenter expulit Amilianum Guglianettum, qui inibi adstabat, & præventivè d. Comitem monuerat de adventu prædictorum Officialium. Successivè mandavit Notario Francisco Josepho Umberto, ut ipsi Comiti Præceptum injungeret de discedendo intra triduum à loco Felecti, prout idem Notarius, iniquum mandatum eo in Immuni loco exequendo, hujusmodi Præceptum d. Comiti intimavit. His omnibus peractis in contemptum Ecclesiasticæ Immunitatis discessum illine habuerunt. Iterum verò die 16. mensis Octobris subsequenti armati Homines ad eundem præmissum finem reditum fecerunt ad locum Felecti; At subito de his monitorius d. D. Comes in eandem Parochialem Ecclesiam aufugit, in quam proinde ingressum habuerunt d. Notarius Ferreto parvum sclopum præmanibus gestans, Georgius filius d. Dominici

Ruffina enses evaginatum manutens, qui assistentibus etiam dictis Dominico Ruffina, & Andrea Fresia Birruariis, nec non Antonio Buontempo asserto Fiscali Curia Abbatialis, minitanti fuerunt d. Comiti violentam ejus extractionem à loco Immuni, etsi inde fortiter pro Domo Dei se opponente illius Parochialis Ecclesiæ R. D. Præposito, executi non fuerint: Adveniente tamen d. Advocato Trona, de ejus mandato, eodem Notario Ferreto in Immuni loco scribente, & jurisdictionem exercente, renovatum fuit Comiti Valperga antedictum Præceptum de discedendo è loco Felecti, rebuque aliis, prout in Processu desuper constructo, ad quem &c. singula singulis &c. super quibus &c. Quamobrem ad Instantiam, & pro parte d. Illustrissimi D. Joannis Caroli Piancastelli Commissarii Generalis fuimus instantes, & debitè requisiti, quatenus de opportuno juris remedio providere, & monitorias literas extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparandum decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Carolus Collicola Pro-Theaurarius, & Judex delegatus sedulo spectantes damnatam, detestabilemque usurpationem jurisdictionis, & jurium Sanctæ Sedis, ac violationem Ecclesiasticæ Immunitatis, ut præmittitur commissam, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi nobis factam fore, & esse justam, ac rationi consonam, cumque justa petenti non sit denegandus assensus prædictas literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse durissimas, & per præsentis mandamus. Quo circa committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium, quatenus visis iisdem præsentibus &c. supradictos *Advocatum Victorium Amadeum Trona, Notarium Vincentium Ferreto, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Andream Fresia Birruarios, N. fratrem d. Advocati Trona, N. Officialem Militum, Notarium Franciscum Josephum Umberto, ac assertum Fiscalem Antonium Bontempo* citetis, moneatis, & requiratis ac monei & requiri faciatis, prout nos eosdem, & eorum quemlibet harum serie citamus, moneamus, & requiramus, quatenus infra sexaginta dierum spatium ab executione præsentium computan, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum cuilibet, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas contra prædicta, & similia committentes in sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse declarare, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias, & opportunas, decerni, & relaxari, deque eorum Innocentiâ, si quæ sit, legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omninò paruisse. Certificantes eosdem *Advocatum Victorium Amadeum Trona, aliosque prædictos* sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus, ad ulteriora, ad declarationem scilicet incursum penarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque executionem inclusivè, prout juris fuerit per Contradictas, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumaciâ, vel absentia, aliisque quibuscumque non obstantibus. Et cum, ut notorium est, non

fit tutus accessus ad effectum personaliter citandi omnes, & singulos in presenti monitorio nominatos: Proinde volumus, quod presentium nostrum Monitorium contra omnes in eo expressos executum, ac executum mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curia Innocentianæ, nec non ad valvas supradictæ Parochialis Ecclesiæ loci Felecti, ita eosdem monitos, & eorum singulos arctet, & adstringat perinde, ac si personaliter, & magis legitime executum foret, Contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo nono, Indictione duodecimâ, die verò decima septima mensis Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno decimo nono.

Carolus Collicola Pro-Theaurarius, Collector Gen., & Judex Delegatus.

Antonius Cajetanus Frosius R. A. C. Sec.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradicta litera Monitoriales affixe, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curia Innocentiana, ac aliis locis consuetis Urbis per me Franciscum Baldum Apostolicum Cursorem.

Joannes Triphellius Magister Curs.

EDICTUM.

Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pro - Auditoris Sanctissimi, quo jussu Sanctitatis Suae omnibus Romanæ Curia Judicibus præcipitur, ut Mandata personalia contra debitores relaxent, quotiescumque ab initio debuerint summam majorem scutis octo, & obulis quadraginta, licet eam postmodum unâ, vel pluribus solutionibus, imminuerint, ut comprehendatur sub reformatione san. mem. Pauli V., cui, cæterisque contrariis quibuscumque derogatur.

Pietro del Titolo di San Giovanni ante Portam Latinam Prete Cardinale Corradini Pro - Auditore della Santità di N. Sig.

Ordinando la Riforma della santa memoria Paolo Quinto, che per debito, che non eccede la somma di scudi otto bajocchi quaranta non possa venirsì alla cattura personale, nè spedirsì il Mandato contro la persona mà solamente contro li beni, si è riconosciuto in pratica, che molti Debitori di maggior somma pagano à conto in una, ò più volte tanta rata di debito, quanta è necessaria, perche resti la residuale rata del loro debito sotto la somma, che da detta Riforma si richiede per potere ottenere il Mandato personale, per lo che molti poveri Creditori, anche Mercenarii non possono ottenere, se non doppio lunghe liti, e gravi dispendii la soddisfazione, anzi molti restano affatto desperati di poter essere sodisfatti, difendendo li Debitori le persone colla disposizione della Riforma le robbe con inibizioni dotali, e con altri impedimenti; Perciò la Santità Sua, che commiserà infinitamente li poveri, a' quali, come Creditori di somme piccole, suole sempre avvenire ciò, che è di sopra espresso, per togliere

quest'inconveniente, che per lo più succedere per malizia de' Debitori, si è risoluta ordinare, come per il presente Editto ordina, che in avvenire tutti li Giudici tanto ordinarii, che Delegati, e Deputati della Curia Romana, non ostante la disposizione della sudetta Riforma, debbano in tal caso rilasciare li mandati anche personali, e che detti Mandati possano liberamente eseguirsi contro la persona senza tema di nullità, derogando la Santità Sua nel caso, e casi sudetti alla detta Riforma, & ad ogn'altra Costituzione, e legge, che facesse in contrario. Dato dalle Stanze della nostra habitazione questo dì 7. Decembre 1712.

P. Card. Corradini Pro - Auditore di Nostro Signore.

Die, mense, & anno quibus supra, supradictum Editum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia Innocentiana Montis Cimatorii, in Acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Bartolotrum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Sebastianus Vafellus Pro Mag. Curs.

DECRETA MEMORABILIA
Congregationum Particularium
à Clemente XI. Pont. Max. deputatarum quæ deinde Sua Sanctitas comprobavit, & observari mandavit.

Juxtâ temporis seriem disposita.

DECRETUM

Quo omnibus Confessariis, etiam Pœnitentiariis Basilicarum Urbis, & aliis privilegiatis interdictur, ne Pœnitentes à quibusdam Censuris, & Casibus Apostolicæ Sedi reservatis absolvant, & abolutiones, si forte obtentæ fuerint, nullæ, ac irritæ declarantur.

Quoniam Sanctissimus D. N. Clemens XI. pro Pastoralis in commissum sibi Gregem zelo, & pro Ecclesiasticæ disciplinæ rectâ ratione conservandâ, deputavit Congregationem particularem Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium Sancti Clementis, Paulutii Majoris Pœnitentiarii, & Fabroni, nec non RR. PP. Corradini Sanctitatis Suae Auditoris, mei infrascripti S. Congregationis Concilii, & hujus deputatæ Secretarii, ac PP. Damasceni Consultoris Sancti Officii, & Alfari Consultoris Theologi Sacræ Pœnitentiariæ. Eadem Congregatio, consideratâ reformatione facultatum Officii Sacræ Pœnitentiariæ à fel. record. Innocentio XII. in ejus Constitutione edita 3. Septembris 1692. Censuit, si Sanctissimo placuerit, præcipiendum esse omnibus, & quibuscumque Presbyteris tam Sæcularibus, quam Regularibus in Urbe ad Confessiones audiendas deputatis, ne imposterum etiam in foro conscientie absolvant extra mortis articulum quoscumque Pœnitentes tam Incolas Urbis, quam ad eam confluentes ab infrascriptis Casibus, nempe à Casu publico violatæ Clausuræ Monialium ad malum, seu inhonestum finem, à Presbyterico publico, & à casu publico violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV. incipientis, Cum alia nonnulli, & etiam à casu occulto dictæ violationis Immunitatis, si fuerit secuta auctoritate publica, idque omnino

ser-